

bisextilis et eius littere dominicales D et E recte, sicut in anno presenti per omnia, nec erat tunc respectus aliquis ab aliquo ad cyrometralem et Nurenbergensem, qui tunc non erant, computos^r, sed ad dicti Dyonisii, Bede et aliorum suorum sequacium traditionem, quam ecclesie firma-
 5 verat^s auctoritas, quare concluditur tunc, sicut predixi, fuisse practica-
 tum. Quare ergo modo^t spreto fonte de rivulis adulterinis veritatem
 mendicare conabimur? Caveat itaque paternitas vestra predicta, ne un-
 quam, quid absit, maledictionis rea fiat illius, que inflictā cognoscitur
 in Calcedonense¹² synodo, que dicit „omnis qui non celebrat sanctum
 10 diem pasce secundum sancte ecclesie catholice regulam anathema sit“. Que autem est regula illa^u alia, nisi ea que in Cesariensi et Nicena syn-
 odis, ut pretactum est, sanxita reperitur?

[§11] Verumtamen ipse Dyonisius sepe nominatus etiam erravit¹³,
 propter quod luna illa que prima vel etiam quartadecima dicitur non
 15 est in veritate tota, sed legali dumtaxat fictione. Unde¹⁴ volgatum^v est
 proverbium „Luna prima in libro^w quinta est in celo“. Cuius erroris
 medicinam invenit sacrosancta synodus Basiliensis et insuper formam
 pro eius applicatione decretandam conclusit. Et non restaret amplius
 nisi applicatio, que fieret per illius concludere forme decretationem. Sed
 20 dilata est medicina propter obediencie defectum et scismatum presen-
 tium strepitum. Que forma, si fuisset decretata et accepta, huius anni
 differentia dicti intervalli actione fuisset amputata. Plurima fuissent hac
 de re scribenda, sed temporis coartor angustia responsivam epistolam
 terminare.

25 Ex Tegernsee, die decima mensis Ianuarii, anno domini
 M°CCCC°XLIII^{tox}.

r) compoti *ML*. s) firmaverit *Ma*, firmavit *Mg*. t) modo] non *ML*. u) *om.*
ML. v) vulgatum *ML*. w) libro] kalendarium *ML*. x) die - 1444^{to}] *om.*
Mg, M°CCCC°XLIII^{to}] 1444^{to} *ML*.

12) Zu Calcedonense – reperitur vgl. Hermann Zoest, *Phaselexis* c. 5 (*Clm* 18470 fol. 9v): Et sacra Calcedonense synodus actione prima talem penam ponit: „Omnis qui non celebrat sanctam diem pasce scilicet secundum ecclesie catholice regulam anathema sit“. Que autem est regula ecclesie Romane ut a quartadecima luna primi mensis usque ad vigesimam primam inclusive celebremus pascha. Zum Quellenzitat siehe Eduard SCHWARTZ (*Hg.*), *Concilium universale Chalcedonense* 3/1 (1935) S. 215, Z. 20-21.

13) Siehe oben S. 143 Anm. 11.

14) Zu Unde – celo vgl. *Computus chiometralis* (Buch I, fol. 4r), ed. MÜTZ (wie S. 118 Anm. 31) S. 18, Z. 17-18: [E]t quando habet regula vulgaris luna prima in libro, est quarta vel quinta in celo.